

c Malè enim faciunt.] Adde infra q. 61. versicul. sed hæc quidem ibi, benè verum est; vbi tamen respecti sunt testes, ante eorum admissionem Senatuum consulti debere habetur in nouissimis Constitut. Declaratio Senatuum super præscriptio. S. quòd ad taxas ad finem, faciunt ea, quæ dixi infra quæstione 48. versiculo Quæro quot dilaciones, ante fin. Drogh.

f Item quæro.] Far. q. 73. vol. 3. vbi plenè. Ros. g. Fictus autem non solet.] Terminus ergo reprobatorius non datur Fisco ad reprobandum; Nò tamen ob hoc prohibitum est fisco reprobare cõtractatam testium, quæ infurgit ex eorum dicto, iuxta Dec. in l. vbi repugnãtia, numero secundo, ff. de reg. iur. Idem Dec. in cap. ex parte, il. 2. nu. 55. de offic. deleg. & ibi Feli. coll. 4. 9. fallen. Drogh.

(ni fallor) dicit obseruari Gramma. cansil. crimin. primo, num. 9.

2 Quæro, nunquid ad recipiendum examina testium debeat reus citari? Dixi supra q. 11. vers. item quæro.

tunt illud scribere. Malè enim faciunt, quia debent veritatem inuestigare tam profisco, quam cõtra fiscum, neque aliquid omittunt. Sed vbi testis esset suspectus, benè potest (vt dixi) index illum interrogare de subornatione, et facere quod de hac suspitione in actis appareat, cogendo etiam eum ad fidei iudicium, vbi ita ipsi expedire videatur. Et Nota in hoc proposito vnum quod licet regulariter index non debeat cauillare dicta testium, sed adiunare; nihilominus si index habeat testes pro suspectis, potest, & debet studere, vt eos in verbis capere possit, eos interrogando. etiam super circumstantiis, scilicet an tempus esset clarum, vel nebulosum, quibus testibus erat indutus, ille, de quo deponunt, & quod habebat in capite & similia. Ita dixit Azco. in Summa. C. de testibus, numer. 7. & ita

Itè quæro, nunquid danda sint interrogatoria testibus ab ipso reo inquisito. Resp. Aut quæris de testibus qui examinantur ad informationem curiæ parte absente, & res non habet difficultatē, quia reus nò admittitur ad aliquid faciendum, nisi personaliter compareat: Aut verò quæris, an si recipiantur testes per litem contestatam, possit reus dare interrogatoria, & dic, quòd de iure cõmuni forte dicendū est, quòd posset, per tex. in l. si postulauerit. S. quæstioni, ff. de adult. Sed de consuetudine contrariū seruatur, quia scilicet non dantur interrogatoria per inquisitum. Et ita hodie seruari de stylo omnium curiarum, attestatur Folter. in pract. crim. fol. 252. nu. 32. Ratio autē, cur in causis criminalibus admittatur interrogatoria fisci cõtra reū, non autem contra fiscum, quamuis in iudicijs seruanda sit æqualitas, imò fauorabilior semper esse debeat causa reorū est secundum ipsum, quia reus deinde publicato processu potest probare contra personas, & dicta testium, quicquid vult: fiscus autem nò solet probare contra defensionē, neque datur ei aliquis terminus ad repulsam, prout seruari attestatur Caranita super ritu 258. magnæ curiæ, num. 3. & est omnibus notissimum. Quæ tamen ratio nò militaret, quando extaret accusator, nã eo casu, si petat, semper ei datur terminus ad repulsam. Sed quicquid sit, consuetudo vtroque casu obseruat, quod inquisitus, vel accusatus nunquam dat interrogatoria testibus deponentibus, non etiam dat accusator interrogatoria testibus deponentibus ad defensionem, sed index, aut fisci eos interrogat, prout sibi videtur. Vidi etiam dari quandoque per accusatorem interrogatoria faciendâ testibus; qui ad defensionem deponunt, non quidem in forma iudicij, sed priuatim in aliqua cedula ad instructionem ipsius iudicis, vel fisci, quod mihi non displicet.

QVÆST. XXIV.

Quæ personæ non possint in causis criminalibus testificari.

S V M M A R I A.

Ex Claro.

- 1 Testis in causis criminalibus qui esse possit.
- 2 Et an mulier.
- 3 Et an in causis capitalibus.
- 4 Et quid de iure canonico.
- 5 Et an inimicus.
- 6 Et quid si sequuta sit reconciliatio.
- 7 Et an ille, qui dixit contra me testimonium in alia causa.
- 8 Et an clericus.
- 9 Et quid si protestetur, quòd non vult reum puniri in panam sanguinis.
- 10 Et an laicus contra clericum.
- 11 Et an pauper.
- 12 Et an affinis.
- 13 Et an infamis.
- 14 Et an meretrix.
- 15 Et qua dicatur meretrix, remissive.
- 16 Et an constitutus in peccato mortali.
- 17 Et an semel conuictus de crimine.
- 18 Et an pupillus.
- 19 Et an in subsidium testes inhabiles aliquando admittantur.
- 20 Et an ad defensionem.
- 21 Index an possit cogere testem ad testificandum.

- 22 Qui non possint cogi ad perhibendum testimonium.
 - 23 Testis, qui non debuit examinari, si fuerit examinatus, an faciat indicium.
- Ex Additionibus.
- 1 Testem in criminalibus non recipiendum ad perpetuam rei memoriam.
 - 2 Mutus non potest esse testis, nisi sciat litteras, vel per indubitata signa ad plenum intelligatur.
 - 3 Muti testimonium per scripturam latum, quomodo recipiatur, remissive.
 - 4 Surdus etiam, & surdaster non sunt idonei testes, de his, quæ auditu percipiuntur.
 - 5 Testis si sit diuersæ locutionis, adhibitis interpretibus examinari debet.
 - 6 Practica examinandi testem extraneæ locutionis.
 - 6 Numerus supplet testium defectus.
 - 7 Mulier an possit esse testis in criminalibus, remissive. Mulieres tres an conuincant reum, nu. eod.
 - 8 Et quid seruetur in practica in terris ecclesiæ.
 - 9 Mulier in criminalibus admittitur in testem de iure canonico, quando veritas aliter haberi non potest.
 - 10 Item quando proceditur per viam inquisitionis, vel denunciationis.
 - 11 Item in crimine hæresis, læsæ maiestatis, & simonia.
 - 12 Mulier deponens pro reo præfertur viro deponenti ad defensionem.
 - 13 Inimicus quando repellatur à testimonio, & quomodo probetur talis, remissive.
 - 14 Consanguineus inimici ex linea ascendenti, & descendenti non facit indicium.
 - 15 Consanguinei inimici vsque ad quartum gradum possunt repulsari.

Con-

- 16 Consanguinei appellatione venit amicus intimus.
- 17 Inimicus præsumptus, & reconciliatus, quid operentur, remissive.
- 18 Inimicus non admittitur in testem, etiam cum tortura.
- 19 Inimico non creditur, etiam in articulo mortis, & sacramentum Eucharistiæ recepto.
- 20 Inimicus iudicis præsumitur, qui ab eo fuit tortus, vel etiam carceratus.
- 21 Carceratus non est idoneus testis contra iudicem, qui eum carcerauit. Et an, & quando sit donens etiam contra alios.
- 22 Inimicus facit quale quale indicium.
- 23 Et quid inoporet quale quale indicium, remissive.
- 24 Inimici capitales de visu cum alijs adminiculis, quando faciunt indicium ad torturam.
- 25 Index debet super se esse in examine, si fiet protestatio, ne aliquis examine tur, quia inimicus; & offeratur in promptu probatio innocentiæ, de qua index summam cognoscere debet.
- 26 Princeps non potest facere, quid inimici in testes recipiantur.
- 27 Inimicitia præsumpta testem repellit.
- 28 Item incognita, & ex causa minus probabilis.
- 29 Inimico reconciliato non est credendum.
- 30 Afferens se non diligere aliquem, videtur asserere se ei inimicum.
- 31 Inimicitia capitalis vnde oriatur remissive.
- 32 Inimicus vtriusque partis pari inimicitia non repellitur.
- 33 Inimicus non caput alius, an faciat indicium, remittitur arbitrio iudicis.
- 34 Cohabitatio, & conuersatio stricta cum inimico a testimonio repellit.
- 35 Inimicitia, vel conuersatio, quando dicatur parua, vel magna, est iudici arbitrium.
- 36 Inimicitia capitalis testem repellit, etiã si prouenerunt ex culpa eius, contra quem deponit.
- 37 Limit. nisi dedit opera inimicitiam contraxerit, vt testimonio repellere tur.
- 38 Testis non potest accusari ab eo, contra quem deposuit, vt tanquam socius criminis repellatur.
- 39 Index ex officio nò potest repellere testes inimicos, nisi ex processu de inimicitia appareat, nisi per partem opponatur.
- 40 Testis studiosè percussus, vt repellere tur a testimonio, non repellitur.
- 41 Inimicitia ad repellendū testem debet specificè probari cum causa ipsius.
- 42 Inimicitia causam sufficit probare, licet a parte ignoratam. Bart. in l. prima, ff. ac his quibus, vt ind. declaratur.
- 43 Inimicitia jatis constare dicitur ex cautionibus de non offendendo.
- 44 Inimicus tempore iuramenti, & amicus tempore depositionis non repellitur. Amicitia an, & quando repellat testem.
- 45 Testis etiam coactè deponenti, & grauato is, contra quem deposuit, præsumitur inimicus.
- 46 Testis quando dicatur deponere sponte, vel coactè remissive, nu. 35. Clericus an, & quando pro laico, vel contra laicum in criminali possit examinari.
- 47 Laicus deponens ad defensionem præfertur Clerico deponenti contra.
- 48 Clericus potest esse testis contra laicum, si de crimine ciuilitè agitur, nec ei nocet si postea inde xillum sanguine puniret.
- 49 Laicus contra clericum in criminali non facit plenam probationem.
- 50 Laicus quando admittatur in testem contra clericum, remissive.
- 51 Et quid si veritas aliter haberi non potest.
- 52 Paupertas quomodo probetur.
- 53 Paupertas quando repellat a testimonio, est iudici arbitrium. Amicitia nunquid repellat testem, & quando non, nu. 59. Affines in criminalibus repelluntur.

- 54 Affinitas soluta, an repellat, remittitur arbitrio iudicis.
- 55 Affinitas par inter accusatum, & accusantem, non repellit à testimonio.
- 56 Affines plures super eodem deponentes probant.
- 57 Consanguinitas transuersalis non repellit in totum a testimonio.
- 58 Affinitas transuersalis leuis non minuit de fide. Et vsque ad quem gradum affinis repellatur, & si contra affinem deponit, probat.
- 59 Affinis non potest esse testis pro affine iniuriato, vbi est consuetudo, quòd omnes de familia reuocare soleant ad animam iniuriam factam consanguineo. Affines accusantis repelluntur a testimonio. Affines, & consanguinei quando admittantur ad defensionem, & quam fidem faciant.
- 60 Infamis quomodo repellatur a testimonio, remissive.
- 61 Infamia iuris, & facti qua dicatur.
- 62 Infamia iuris non probatur nisi per confessionem, vel per sententiam.
- 63 Infamia probatur per testes non iuratos.
- 64 Infamia quomodo probetur, remissive.
- 65 Infamis potest esse testis de gestis in postribulo.
- 66 Infamis infamia iuris iusticæ ad inquirendum.
- 67 Berroarij censentur infames infamia facti, & sunt vilissimi.
- 68 Berroarij quando probent, remissive.
- 69 Iudeus est infamis infamia facti.
- 70 Iudeus non admittitur regulariter contra Christianum.
- 71 Iudeus quomodo iuret, remissive.
- 72 Papa potest ad testimonium habitare infames, & criminosos, & alios inhabiles.
- 73 Limit. nisi sint inhabiles ex dispositione iuris naturalis.
- 74 Item si testis fuerit in Confessorio Principis.
- 75 Infamis contra infamem, quomodo testificetur, remissive.
- 76 Infamis potest esse testis contra eum producentem.
- 77 Limit. nisi causa infamiae de nouo emergerit.
- 78 Infamia superueniens non minuit de fide.
- 79 Infamis restitutus admittitur in testem.
- 80 Et quid de emendato.
- 81 Testis habitas an consideretur tempore iuramenti, vel depositionis.
- 82 Infamis de iure facit semiplenam probationem de gestis a seipso deponens.
- 83 Opponens crimen contra testem debet specificare locum delicti, tempus, & circumstantias.
- 84 Dies, & hora non est exprimens diu opponitur cõtra testes. Limit. nisi dies, & hora essent de substantia materia in actis deaucte.
- 85 Infamis quanda admittitur in testem, remissive.
- 86 Infamis torquendus, vt probet, debet sufficienter torqueri.
- 87 Infamis infamia facti, & vnus testis valde dignus plene probant.
- 88 Infamis infamia iuris admittitur in testem in subsidium.
- 89 Limit. nisi tantum requireret testes omnium exceptione maiores.
- 90 Infamis, qui habetur pro non infamis, potest esse testis.
- 91 Infamis potest esse testis per dispensationem.
- 92 Infamis quando possit dispensari ad testimonium, remissive.
- 93 Condemnatus de infamia si appellauit, & interim testificetur, nò vitatur sua depositio, licet postea sententia per defensionem sit confirmata.
- 94 Infamis probat, si non opponatur.
- 95 Occidens bannum licet, impune per statutum, tamen efficitur infamis, & in facto graui non admittitur in testem sine tortura.
- 96 Opponens alicui infamiam, non retardat ius examen, nisi velit incontinenti probare.
- 97 Meretrix an dicatur illa, quæ vni tantum sui copiam fecit cum mercede.
- 98 Meretrix est infamia facti.
- 99 Meretrix qua dicatur, & quomodo probetur, remissive.
- 100 Meretrix non dicitur, quæ amoris causa sui copiam facit amanti, vel si auro obsecata fuisset.
- 101 Meretrix licet emendata non est fide digna.
- 102 Meretrix nupta non comprehenditur a statuta excludente.

A a

re me-

- 130 Testis non confessus tempore debito non repellitur a testimonio.
- 140 Infamis quis efficitur per solam confessionem factam in iudicio.
- 105 Emendatus quando possit esse testis, remissive.
- 106 Emendatio quomodo probetur, remissive.
- 108 Impubes facit iudicium, quando veritas aliter haberi non potest.
- 108 Impubes duo plene probant, quando veritas non potest aliter haberi.
- 109 Impubes quando possit esse testis, remissive.
- 110 Impubes pubertati proximus potest leuiter torqueri, ut faciat aliquale iudicium.
- 111 Minor, qui non debuit torqueri, si fuerit tortus, an faciat iudicium, remissive.
- 112 Causas quadraginta duas repellendi testes, remissive.
- 113 Inhabiles quomodo admittantur, remissive.
- 114 Veritas quando dicatur aliter haberi non posse.
- 115 Veritatem aliter haberi non posse remittitur arbitrio iudicis.
- 116 Testi non idoneo creditur, quando verisimilia deponit.
- 117 Inimici non admittuntur in testes etiam, quod veritas aliter haberi non possit.
- 118 Testes inhabiles quando admittuntur, non faciunt plenam probationem.
- 119 Testis inhabilis ita demum creditur, si verisimilia deponit.
- 120 Testes inhabiles admittuntur in delictis nec in turis.
- 121 Et quid in delictis factis domi, remissive.
- 122 Testes inhabiles non admittuntur, quando proceditur ad instantiam parvis.
- 123 Testes inhabiles quando admittuntur, debet probari, quod factum per alios probari non potest.
- 124 Nec si fecit, quod ipsi testes hoc dicant.
- 125 Nisi a iure presumatur.
- 126 Testes inhabiles possunt de consensu partium tacito, vel expresso ad testimonium habitari.
- 127 Testibus inhabilibus non creditur, cum de facto proprio de-

- ponunt.
- 129 Testes inhabiles admittuntur ad defensam, non tamen repulsam testimonium.
- 130 Consanguineus se offerens omnino repellitur.
- 131 Testes inhabiles quomodo probent innocentiam, remissive.
- 132 Frater admittitur ad probandum innocentiam fratris.
- 133 Consanguineo an sit credendum, remittitur arbitrio iudicis.
- 134 Consanguineus multum nota fidei plene probat.
- 136 Frater cogitur testificari contra fratrem in maioribus criminibus, & in defectu aliarum probationum.
- 137 Maritus etiam cogitur de panere contra uxorem. Sed uxor non admittitur contra marituum. Et parentes contra liberos, & contra.
- 138 Consanguineis deponentibus contra ipsorum consanguineos probationes in contrarium fortiores requiruntur.
- 139 Testes qui non coguntur testificari, si sponte deponant, non probant, nisi in scriptis redigatur eos deponisse sponte.
- 140 Absolutus, sine gratiis non debet post absolutioem, vel gratiam examinari, uti testis contra socios.
- 141 Exceptiones contra testes an sint seruanda, vel repellam testes a principio.
- 142 Bart. in l. maritus, ff. de quaest. declaratur.
- 143 Testis qui non debuit examinari, quando de facto examinatus facit iudicium, remissive.
- 144 Testis inhabilis de facto examinatus an possit per Iudicem ex officio repelli parte non opponente.
- 145 Accusatus pendente accusat. one potest esse testis.
- 146 Adulter regulariter testis esse non potest.
- 147 Aduocatus non potest esse testis in causa, in qua est aduocatus.
- 148 Apostata non potest esse testis.
- 149 Blasphemator non est testis omni exceptione maior.
- 150 Calumniator de calumnia condemnatus non potest esse testis.
- 151 Cocus quibus casibus testis esse possit.
- 152 Cedens bonis non potest esse testis.
- 153 Amasius pro Amasiis, & contra non potest esse testis.
- 154 Colonus, an, & quando admittatur in testem pro Domino.
- 155 Concubinaris repellitur a testimonio.
- 156 Proxenetra quando cogitur ad testificandum.
- 157 Consanguinei quando repellantur a testimonio ferendo.
- 158 Qui testes a lege impro. entur.

ADDITIONES Ad Quaest. XXIV.

Ceterum.] De diuersis, qui ob infamiae notam a testimonijs repelluntur, copiose per Farin. quaest. 56. uolu. 2. tit. 12. num. 399. & seq. ubi spuris.

Lusotibus, Bursionibus, Ebrijs, Histrionibus, Apostatis, Decoctoribus, Proditoribus, Fustigatis, Prodigis, Calumniatoribus, Litigatoribus, Centurijs.

Quid de furioso, quaestione sexagesima prima, uolum. . . . numero 1.

De caeco, num. 19.

De furdo, num. 36.

Monaco, & Religioso, numero 23. & seqq.

Nemo in causa propria potest esse testis, l. nullus, ff. de testib. uel in qua commodum, interesse, aut affectionem habet, late per dictum Farin. cum uolumine secundo, quaestione sexagesima.

De oppositionibus contra examen testium, idem Farinac.

QVAEST. XXIV.

Ceterum in assumendis

Volumine 3. usque ad 81. post Bossium titulo de oppositione. Quis dicatur integer testis, idoneus, legitimus, ac omni exceptione maior. Farinacius quaestione sexagesima secunda in principio.

De muliere, quae adducitur in testem, Farinacius quaestione 79 numero secundo, casu primo, numero 17. & seqq. plur. Dec. in d. l. 2. numer. 33. de reg. iur. dicit eam non esse omni exceptione maiorem. Ross.

Ceterum in assumendis. Adde, quod in criminalibus non examinatur testes ad perpetuam rei memoriam, Rebuffus in tertio tom. constit. tit. de caus. benefic. possess. numero nono, articulo secundo, & Gloss. in cap. tuio finali, ut lit. non contesta. Sed uide Alexandrum in consilio 201. columna penultim. & fin. uolum. 2. & Felyn in cap. significauit de test. ubi habetur in quibus casibus tale examen fieri possit, tam ratione actoris, quam rei, & de hoc etiam habetur, remissive per Bossium in titulo de oppositionibus contra testes, numero 32.

Item adde, quod mutus testis esse non potest, nisi litteras sciat, nam tunc per scripturam admittitur, uel nisi indubitata habeat signa, quibus ad plenum intelligi possit, Bonifac. de Vitalin. in tractatu de malefic. in tit. de test. prepat. in cap. cum apud de spon. Marsil. in l. de minore, §. plurimum quoque, num. 8. de quaest. Ripa in l. 1. num. 33. de uerbor. obligat. & quando accipiatur testimonium muti per scripturam latu, uide Ioan.

Io. Igne. in l. 3. §. ignoscitur num. 44. par. 1. ad Syllan. & de hac quaestione, quando mutus possit esse testis, uide Mascard. de probat. conclus. 1358. num. 29. uol. 3.

Item adde quod furdus non potest esse testis de his, quae auditu percipiuntur. Steph. Autier. in tract. de testi. nu. 88. & Bertach. in uer. testes qui esse poss. numer. 47. secus autem in iudicio, Aufi. ubi supra, uerf. furdaster tamen, & Mascard. de probat. conclus. 1358. num. 24. uol. 3.

Item adde quod testis examinandus erit diuersa locutionis, quam regionis in qua testatur, adhibendos sunt duo interpretes, uel unus saltem si duo reperiri nequeunt, & notarius testis iuratus, & examinatus super dictis articulis sibi lectis, & uulgariis per talem iudicem, & per me notarium declaratis, & interpretatis per tales interpretes, siue per talem ipsi testi idem dixit, & respondit in tali sermone, & interpretato per tales, uel talem interpretes dicto iudici, & mihi notario declarato, ita docet Nell. in tract. de test. uerf. qualiter numer. 59. ad hoc uide etiam quae posui infra q. 26. in princ. Baiard.

Repelluntur.] Hic aduerte, quod quando testes omnino repelluntur, tunc testium defectus non suppletur per numerum. Item in causa graui, & ardua, testium numerus illorum defectu non supplet, licet testes non omnino repellantur. Vide de omnibus per Crau. in cons. 281. col. 4. Giach.

Quero igitur in primis.] Adde uidentem Mascard. de probat. conclus. 726. an femina in causis criminalibus testis esse possit. Baiard.

In causis criminalibus.] Intellige, ut per Rol. a Valle col. 7. nu. 10. & ultra in 1. uol. & conf. 13. 14. & ultra eo. uol. Addas Far. ubi sup. nu. 26. 27. 28. 29. & 30. Ross.

Viuus.] Et est opi. 383. lib. 1. Ross.

Adde quod admittitur.] Sed aduerte, quia in causa criminali, & capitali femine non sunt omni exceptione minores, quia uarium, & mutabile testimonium semper produciunt, uide per Caepollam late in consil. crim. 32. in l. dubio. Giach.

Adde, quod admittitur.] Adde quod ubi agitur de poena Iulij Clari Senten. Prae & Crimin.

mortis imponenda tres feminae non conuincunt reum, ut consuluu. Rim. iun. cons. 217. num. 5. uol. 2. Baiard.

De iure autem canonico. Farin. d. casu 1. item casu 2. num. 32. & quid in testamento casu 3. num. 55. Ross.

De iure autem canonico. Adde, quod hoc in terris ecclesiae de facto non seruatur ut dicit Alexan. cons. 24. uol. 2. Gram. cons. 12. numer. 17. sed aduertendum est quod extat Constitut. March. in lib. 4. cap. 17. quod in criminalibus mulieres probant.

Item adde, quod etiam mulier admittitur de iure canonico, quando aliter veritas haberi non potest, Alciar. in tract. de presump. reg. 1. praesump. 47. nu. 3. Dec. cons. 363. num. 5. & Mar. f. in pract. crim. §. diligenter. nu. 81.

Item adde quod si mulier admittitur, quando proceditur per uiam inquisitionis, siue denunciationis, ut per Innoc. in c. quoniam num. 1. de testibus, & etiam admittitur in crimine haereticis, & simoniacis, ut plene per Petr. Duca. reg. 315. & de hac quaest. uide etiam Mascard. de prob. conclus. 762. & 1358. num. 30.

Item adde, quod testimonium mulierum praesertim testimonio masculinorum, quando mulieres deponunt ad fauorem querelati, Marsil. in l. unius, §. in ea causa, in fin. ff. de quaest. Gramm. cons. 45. num. 40. Follet. in practica crim. in uerb. recipiuntur de sententia reorum num. 28. & Rol. cons. 93. in fin. uol. 2. Baiard.

Item quero, nunquid inimicus repellatur.] Adde, quod si supra q. 14. uerf. inimicus, & ideo casu, quo examinatur, nec etiam dictum talis inimicus est iudicis ad inquirendum, nec ad transmittendum inquisitionem, prout hoc etiam fieri potest super dicto banniti, Char. de execut. sent. cap. fin. num. 80. & in quantum dixi infra uerf. sed nunquid de teste deponere, tenuit Dec. cons. 188. in fi. Regl.

Item quero.] Adde, & quod extenditur quatuor modis, ut per Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quaest. 28. num. 6. cum seq. usque ad fin. Guab.

Item quero.] Farin. q. 53. num. 2. ubi plene, & quid in socio inimici Vulpell. resp. 106. num. 3. Ross.

Item quero, nunquid inimicus.] Adde uidentem Mascard.